Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Secunda opinio est Iulij Firmici, qui per sex circulos in polo Ecliptica coeuntes, totum Zodiacum secat in aequalia spatia. Ita ut triginta gradus unum signum constituentes unum domicilium occupet. Et si 10 gradus virginis erit in cuspide decimae domus, tum in cuspidem domus 11 incidet 10 gradus libra, & sic consequ.

Tertia est Regiomontani q quia certis & firmis demonstrationib. constat uocat rationalis, & est talis. Quatuor quadrantes aequinoctialis circuli a meridiano & horizonte obliquo intercepte, diuidunt in tres aequas partes, & per puncta illarum sectionum ducunt quatuor circuli magni in duab. eorum sectionib. meridiano ac horizonti concurrentes, eritq hoc modo tantum caelum diuisum in 12 spatia, quae domus uel turres appellantur. Est aut principium hq diuisionis ascendens, cuius initium est ~~ascendens~~ in puncto hemisphaerii ex parte orientali & sequunt deinde reliqua 12 domicilia progrediendo iuxta ordinem & serie signorum. Complectitur uero una domus illa Zodiaci parte, q est inter quoslibet duos circulos proximos inter ceptos. Etsi aut illa 12 domicilia caeli ad inuicem in omni horizonte obliquo sunt inaequalia, tamen quodq domicilium retinet suam magnitudinem inuariabilem, & erunt nunq aequalia nisi principium Arietis uel Libre fuerit in ascendente. Hanc tertiam opinionem rationi maxime congruaz pleriq retinet, cuius demonstrationes extant in lib 2. epitomes in Almagesto. Recitant etiam tres dictae opiniones ab ipso Regiomotano in tabulis directionum, problem: 14. Vbi etiam docet costi-